





77<sup>o</sup>. 25

I. N. J.

DE

# MEDICI OFFICIO DISSERTATIO TERTIA,

*Quam*

P R Ä S I D E

## JOHANNE BOHNIO,

Philos. ac Medic. Doct. & Profess. Publ.

*Disquisitioni Philiatrorum exponet*

## P E T R U S *Sanssleben/*

Uratislav.

## In Auditorio Majore,

D. 12. Novembris 1697.

---

LIPSIÆ,  
Literis FLEISCHERIANIS.

MEDIC OFFICIO

DIGESTA CIVITATIS BEROL.

JOHANNI BONHINO

... D. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575.

... 1576. 1577. 1578. 1579. 1580. 1581.

... 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587.

... 1588. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593.

... 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599.

... 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605.

... 1606. 1607. 1608. 1609. 1610. 1611.

... 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617.

... 1618. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623.

... 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629.

... 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635.

... 1636. 1637. 1638. 1639. 1640. 1641.

... 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647.

... 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653.

... 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659.

... 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665.

... 1666. 1667. 1668. 1669. 1670. 1671.

... 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677.

... 1678. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683.

... 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689.

... 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695.

... 1696. 1697. 1698. 1699. 1700. 1701.

... 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707.

... 1708. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713.

... 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719.

... 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725.

... 1726. 1727. 1728. 1729. 1730. 1731.

... 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737.

... 1738. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743.

... 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749.

... 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755.

... 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761.

... 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767.

... 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773.

... 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779.

... 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785.

... 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791.

... 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797.

... 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803.

... 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809.

... 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815.

... 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821.

... 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827.

... 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833.

... 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839.

... 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845.

... 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851.

... 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857.

... 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863.

... 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869.

... 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875.

... 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881.

... 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887.

... 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893.

... 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899.

... 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905.

... 1906. 1907. 1908. 1909. 1910. 1911.

... 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917.

... 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923.

... 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929.

... 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935.

... 1936. 1937. 1938. 1939. 1940. 1941.

... 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947.

... 1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953.

... 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959.

... 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965.

... 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971.

... 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977.

... 1978. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983.

... 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989.

... 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995.

... 1996. 1997. 1998. 1999. 2000. 2001.

... 2002. 2003. 2004. 2005. 2006. 2007.

... 2008. 2009. 2010. 2011. 2012. 2013.

... 2014. 2015. 2016. 2017. 2018. 2019.

... 2020. 2021. 2022. 2023. 2024. 2025.

... 2026. 2027. 2028. 2029. 2030. 2031.

... 2032. 2033. 2034. 2035. 2036. 2037.

... 2038. 2039. 2040. 2041. 2042. 2043.

... 2044. 2045. 2046. 2047. 2048. 2049.

... 2050. 2051. 2052. 2053. 2054. 2055.

... 2056. 2057. 2058. 2059. 2060. 2061.

... 2062. 2063. 2064. 2065. 2066. 2067.

... 2068. 2069. 2070. 2071. 2072. 2073.

... 2074. 2075. 2076. 2077. 2078. 2079.

... 2080. 2081. 2082. 2083. 2084. 2085.

... 2086. 2087. 2088. 2089. 2090. 2091.

... 2092. 2093. 2094. 2095. 2096. 2097.

... 2098. 2099. 20100. 20101. 20102. 20103.

... 20104. 20105. 20106. 20107. 20108. 20109.

... 20110. 20111. 20112. 20113. 20114. 20115.

... 20116. 20117. 20118. 20119. 20120. 20121.

... 20122. 20123. 20124. 20125. 20126. 20127.

... 20128. 20129. 20130. 20131. 20132. 20133.

... 20134. 20135. 20136. 20137. 20138. 20139.

... 20140. 20141. 20142. 20143. 20144. 20145.

... 20146. 20147. 20148. 20149. 20150. 20151.

... 20152. 20153. 20154. 20155. 20156. 20157.

... 20158. 20159. 20160. 20161. 20162. 20163.

... 20164. 20165. 20166. 20167. 20168. 20169.

... 20170. 20171. 20172. 20173. 20174. 20175.

... 20176. 20177. 20178. 20179. 20180. 20181.

... 20182. 20183. 20184. 20185. 20186. 20187.

... 20188. 20189. 20190. 20191. 20192. 20193.

... 20194. 20195. 20196. 20197. 20198. 20199.

... 20200. 20201. 20202. 20203. 20204. 20205.

... 20206. 20207. 20208. 20209. 20210. 20211.

... 20212. 20213. 20214. 20215. 20216. 20217.

... 20218. 20219. 20220. 20221. 20222. 20223.

... 20224. 20225. 20226. 20227. 20228. 20229.

... 20230. 20231. 20232. 20233. 20234. 20235.

... 20236. 20237. 20238. 20239. 20240. 20241.

... 20242. 20243. 20244. 20245. 20246. 20247.

... 20248. 20249. 20250. 20251. 20252. 20253.

... 20254. 20255. 20256. 20257. 20258. 20259.

... 20260. 20261. 20262. 20263. 20264. 20265.

... 20266. 20267. 20268. 20269. 20270. 20271.

... 20272. 20273. 20274. 20275. 20276. 20277.

... 20278. 20279. 20280. 20281. 20282. 20283.

... 20284. 20285. 20286. 20287. 20288. 20289.

... 20290. 20291. 20292. 20293. 20294. 20295.

... 20296. 20297. 20298. 20299. 20300. 20301.

... 20302. 20303. 20304. 20305. 20306. 20307.

... 20308. 20309. 20310. 20311. 20312. 20313.

... 20314. 20315. 20316. 20317. 20318. 20319.

... 20320. 20321. 20322. 20323. 20324. 20325.

... 20326. 20327. 20328. 20329. 20330. 20331.

... 20332. 20333. 20334. 20335. 20336. 20337.

... 20338. 20339. 20340. 20341. 20342. 20343.

... 20344. 20345. 20346. 20347. 20348. 20349.

... 20350. 20351. 20352. 20353. 20354. 20355.

... 20356. 20357. 20358. 20359. 20360. 20361.

... 20362. 20363. 20364. 20365. 20366. 20367.

... 20368. 20369. 20370. 20371. 20372. 20373.

... 20374. 20375. 20376. 20377. 20378. 20379.

... 20380. 20381. 20382. 20383. 20384. 20385.

... 20386. 20387. 20388. 20389. 20390. 20391.

... 20392. 20393. 20394. 20395. 20396. 20397.

... 20398. 20399. 20400. 20401. 20402. 20403.

... 20404. 20405. 20406. 20407. 20408. 20409.

... 204010. 204011. 204012. 204013. 204014. 204015.

... 204016. 204017. 204018. 204019. 204020. 204021.

... 204022. 204023. 204024. 204025. 204026. 204027.

... 204028. 204029. 204030. 204031. 204032. 204033.

... 204034. 204035. 204036. 204037. 204038. 204039.

... 204040. 204041. 204042. 204043. 204044. 204045.

... 204046. 204047. 204048. 204049. 204050. 204051.

... 204052. 204053. 204054. 204055. 204056. 204057.

... 204058. 204059. 204060. 204061. 204062. 204063.

... 204064. 204065. 204066. 204067. 204068. 204069.

... 204070. 204071. 204072. 204073. 204074. 204075.

... 204076. 204077. 204078. 204079. 204080. 204081.

... 204082. 204083. 204084. 204085. 204086. 204087.

... 204088. 204089. 204090. 204091. 204092. 204093.

... 204094. 204095. 204096. 204097. 204098. 204099.

... 2040100. 2040101. 2040102. 2040103. 2040104. 2040105.

... 2040106. 2040107. 2040108. 2040109. 2040110. 2040111.

... 2040112. 2040113. 2040114. 2040115. 2040116. 2040117.

... 2040118. 2040119. 2040120. 2040121. 2040122. 2040123.

... 2040124. 2040125. 2040126. 2040127. 2040128. 2040129.

... 2040130. 2040131. 2040132. 2040133. 2040134. 2040135.

... 2040136. 2040137. 2040138. 2040139. 2040140. 2040141.

... 2040142. 2040143. 2040144. 2040145. 2040146. 2040147.

... 2040148. 2040149. 2040150. 2040151. 2040152. 2040153.



I. N. 7.

§. I.

Umanitatem seu Comitatet, quam in  
secunda Dissertatione decorum Medici,  
quam latissimè moderari & quam  
hunc juvandi studio hincque prom-  
ptiore accessu infirmis declarare,  
dictum, ad hos ingressus hic exerce-  
bit ac testabitur porro Modestia &  
suavitate seu lenitate: sicque illorum  
atque assidentium favorem pariter ac autoritatem sibi  
conciliabit.

§. 2. Ante omnia E. placidus esto introitus, non  
petulans, non obstrepens, nec intempestivus. Et repre-  
hendenda est illa quorundam rusticitas, qui dormienti-  
um conclave cum impetu & vociferationibus irruunt,  
unde expergefacti ægroti illis irascuntur & se valde per-  
territos ac læsos, non sine indignatione, conqueruntur,  
imò verè hinc percelluntur. Novi, qui media nocte, aut  
summo mane, nihil hoc urgente, suos visitant, & quidem,  
vel his adulandi, vel potiorem præ aliis vigilantiam, ac  
quasi languentium salus ipsis magis cordi sit, ostentandi  
causa: quod his nihilominus utplurimum valde mole-  
stum contingit, Medici vero animum abjectum & pertur-  
batum prodit.

§. 3. Pariter gravem, juxta Hipp. de Med. semper

A 2 præ

præ se ferat vultum, i. e. compositum & meditabundum; haud amarulentum tamen, ne superbus & contumax censesatur, ne quenamvis hilarem seu in risum exolutum, ne pro scurra habeatur. Ut taceam, ne, si forsitan agrum lauidiorem inopinatè offendat, hinc faciem ejusmodi o- vantem subito mutet, animum dejicere videatur illi, mi- nima etiam gestuum quorumcumque animadvertenti.

§. 4. Leniter hinc agat idem cum Infirmo, leni- ter cum Affidentibus, ne alterutri horum, aut utrisque, odiosus & molestus evadat: si forsitan cum iis rixetur eo- rumque inobedientiam aut negligentiam nonnisi asperi- tate, reducere & morositatem quodammodo sublevare, haud norit. Sicut contra serviliter & undiquaque si iis annuat, gestibus etiam fractis & indecoris abjectum nimis animum prodat & sputilingum se præbeat, v. g. totas no- ctes infornes penes agrum sine necessitate ducat, nares stercoribus admoveat, matulam illi porrigat, stragula pa- ret similiave ministeria, autoritati sua derogantia, præstet, contemptui pariter singulis se exponit. Cum nihilominus Medicum agro nec odiosum seu ingratum, nec vilem & stolidum, sed humanum, moderatum & suavem, non. satellitem, sed consiliarium, se præstare conveniat; i. e. quem hic admiretur, veneretur & amet; secus illius præceptis haud obtemperabit. *Antiquissimum fuerit*, scribit Galenus 6. epid. com. 4. t. 9. neque adeo medicum se submittere atque adulari, dicendo & faciendo omnia ad delectationem, ut sui contemptum pariat; neque rursum, perinde ac Calliomachem, se rusticum atque asperum exhibere.

§. 5. Imprimis vero cavebit nimium rigorem; sed autoritatem indulgentia aliquali temperabit, ne in- alimentis, ambientibus, medicamentorum forma aliisque, in quibus citra noxam agro gratificari licet, adeò seve-

rus

rus deprehendatur. Prolixe hanc indulgentiam commendat & variis casibus exponit idem Galenus l. a. t. 8. ut vel in edulia, potulenta similiaque, morbo non adeo congrua, ab ægris tamen desiderata iisque grata visa, oblectamenti causa, descendat, seu intempestive talia concedat, modò non enormius lèdant, juxta Hippocr. 2. apb. 38. paulo deterior & potus, & cibus, verum jucundior, melioribus quidem, sed injucundioribus, præferendus est: adiiciendo se talibus eorum postulatis & cupiditatibus pro nunc morent gerere, ut in aliis imposterum obsequentes magis illi se præbeant. Novi enim quosdam, inquit Galenus l. a. ex ea Medici liberalitate obsequiosos evassisse. Ut mitam, alimenta v. g. svaviora, ut ut non adeo utilia seu congrua, & aliquando absonta, visa, ab ægris commodius digeri ac confici, hinc præter voluptatem præsentaneam viribus robur addere, hisque recollectis morbum levare & ad congruum magis appetitum ventriculum languentem excitare.

§. 6. Cujus rei experimenta tantum non quotidiana sunt, quosdam v. g. ex haustu frigidioris, vini, brasicæ fermentataæ, halecum, carnium fumo induratarum, lactis, oxygalæ &c. usu absonto à febre gravi & pertinaci liberari & vires cum appetitu recuperare, secundum illud adagium, quod sapit, nutrit: quasi natura ipsamet innuat ac postulet, quo se juvari norit. Confirmabit eandem penes credulos lepida observatio, quam Waldschmid in Timeum cap. de Philtoris, & post hunc prolixius recentior Scriptor, Micb. Alojstius Sinapius, de Vanitat. falsit. & incertit. aphor. Hipp. lib. 1. 2. &c. recenset, Juvenem nimirum quendam, philtro intoxicatum & gravissime ægrotantem succum Nasturtii concupivisse, quem ipsi Medici & adstantes denegarunt: post mortem vero in hujus cadaveris

aperti ventriculo cornu quoddam durum fuisse repertum,  
ex quo parens juvenis defuncti in rei memoriam cochlea-  
re parare curarit, quod aliquando casu ad Nasturtium ca-  
piendum adhibitum solvi & quasi liquari visum fuerit. Qui  
hinc, filium suum Nasturtium in morbo concupivisse re-  
cordatus, pœnitens agnoverit, male ipsi hoc fuisse dene-  
gatum: i. e. eodem concesso nec cornu illud in stomacho  
efformatum, nec filium mortuum, fuisse.

§. 7. Nunquam tamen, ut dictum, indulgentia  
hæc ægris noxam adferat, ne illis à Galeno l. a. adscribatur  
Médicis, qui ægrotantium cupidini promptius obsequuntur,  
*ut plus lucri hinc faciant*: potissimum cum haud fa-  
cile emendare semper liceat ejusmodi errores, satis in-  
terdum funestos, v. g. si variolosis aut morbillosis aër  
aut potus frigidior permittatur, si aqua vita similisve po-  
tus spirituosior salivationi mercuriali exposito indulgea-  
tur. Quare gratificatio ejusmodi cum judicio fiat, nec  
solis ægrorum desideriis, vel fœminarum assidentium  
stolidis opinionibus, committatur: quorum illi, ut pravo  
appetitui patrocinentur, vini v. g. stomachum hoc posce-  
re clamitent; hæc per teneram nimis v. g. & intempesti-  
vam commiserationem ineptientes illud porrigant, for-  
sanque exemplo quodam minus adæquato ejus utilita-  
tem & langventis appetentiam confirmant. Decet Me-  
dicum prudentem scire, quando, quomodo & quantum  
indulgendum, si nimirum nulla aut levis hinc securata  
videatur offensio, quæve per ægri in cæteris obedientiam  
facile corrigi queat: ejusmodi tamen pariter animi præ-  
sentia & gravitate pollet, qua desideriis languentium mi-  
nus proficuis contradicere audeat, &, si forte se nescien-  
te noxiū vel intempestivum aliquid assumpsierint aut  
commiserint, has delitias mollitiemque eorum blande  
incre-

increpet, periculum commissorum exponat, & ad obtremen-  
perandum emendandosque ac vitandos posthac errores il-  
los adhortetur. Nisi forsan talia impensis urgeat ægri-  
morofitas nimia, cui connivere variæ interdum circum-  
stantia jubent: quod fieri debet exponendo & prædi-  
cendo inobedientia ejusmodi molestias & pericula pedis-  
sequa. Qua ratione tractari utplurimum postulant Ma-  
gnates & Aulici, qui, sicut subditis imperare pro lubitu  
adsveti ac plebe potiores se putant, sic naturæ quoque &  
morbis cupiditatibus pravis imperare sibi præsumunt &  
legibus Medicorum se superiores credunt, horum proin  
præceptis se subtrahunt & naturæ vim inferunt, agunt E.  
ut volunt, patiuntur, ut nolunt, & moriuntur, ut debent,  
Essen und trinken was ihnen schmeckt / und leiden / was sie  
müssen.

§. 9. Quamvis desideriis ejusmodi decumbenti-  
um aliquando etiam patrocinetur consuetudo, itidem se-  
cundum Hippocrat. 2. apb. 50. Ex multo tempore consueta, et  
iam si deteriora fuerint, inconsuetis minus molestare solent,  
& Galenum 7. Meth. Med. cap. 6. 5. de sanit. tuenda t. 15. ac de  
Affuetudine, cui sene auscultare jubent exempla frequen-  
tiora satis paradoxa, eorum nimirum, quos à consuetis,  
in se pejoribus visis, conservatos & refocillatos, ab insue-  
tis autem, ut ut salutaria videbantur, enormiter læsos, le-  
gimus.

§. 8. Bina hujus generis ex *Dissert. secunda* repe-  
tere licebit, fracedinem & fœtores quotidianos præ ana-  
thymiasi fragrantis atque purioris aëris ferentium: qui-  
bus in praesentiarum jungo ex *Levino Lemn. 2. de occult.*  
*nat. mirac. c. 9.* Rusticus, qui myropolum Antwerpense  
ingrediens mox animi deliquio periclitari cœpit, admo-  
to verò ejus naribus fimo equino recente ac fumido, cui  
ad-

adsvetus, recreabatur denuo 'animumque' recuperabat.  
Quadrabit huic, quod Solenander sect. 5. consl. 15. num. 16.  
narrat his verbis : *Accidit, ut Ruficus quidam, acutissime  
febricitans, ad Hospitale perductus, nullus remediis à D. Gisber-  
to curari potuerit. Tandem ex morituro quæsivit, ecquid  
peteret, qua fuisset victus natio antea ? dicebat, se plane  
ab isto cibo & potu, & sinapis, & in genus similibus, & lecto,  
qui nimis esset mollis, abborrere, quod non dormisset intra  
novendecim annos in lecto, atque usus fuisset cæpis, caseo  
bululo & similibus dura coctionis, sub diaogue in stramine ve-  
stitus dormivisset. Tandem D. Gisbertus una nocte permi-  
xit, ut in stramine dormiret, deinde, ut afferretur cæpa, sal-  
cum aqua frigida, arbitrans, illum tandem eo citius moritu-  
rum : cum ille postridie adstaret igni, prater omnium opini-  
onem. Pariter Salmut b. 3. obs. 71. de rustico quodam tri-  
tore perhibet, eum febre corruptum herum in lectum  
reponi ipsique medicamenta præscribi curasse, in quo  
noctes nihilominus insomnes egerit & indies pejus se ha-  
buerit, donec in humum supra stramen collocaretur, ubi  
svavissime dormiverit, & aliis adhibitis brevi reconvalue-  
rit. In pastore ovium cœnobii cujusdam, febre ardente  
laborante, similem consuetudinis vim annotavit Rejes E-  
lys. camp. jucundar. quæst. 93. quem cum Prior, ut intra cu-  
biculum rite & probe tractaretur, curaverat, optimo vi-  
etu & aliis necessariis, pro morbi indigentia adhibitis, ma-  
lum nihilominus ad salutis usque desperationem urgebat.  
Quod cum à Rejes Prior intelligeret, ab eo percontaba-  
tur, an aliquid appeteret, quod libentius esitaret ? an ali-  
quid pro sui salute fieri optaret ? qui anxie respondit,  
sibi dubio procul magnum advenire nocumentum, quod  
sub tecto & intra clausum cubiculum cubaret, addens, si  
meam vitam desideras, hoc unum mihi permitte, ut extra  
cubi-*

cubiculum sub dio pernoctem. Quo facto, foras ad perystylum, in aërem aëstivum, adductus ibique noctem degens, mane optime ac placide se dormisse dicebat, & intra triduum omnino convalescebat. Agmen ejusmodi exemplorum claudat ex relatione *Sanctorii 4. vitand. error c. g.* Comes ille illustris, cui, tota vita vino meracissimo adsveto, cum lassitudine & dolore capitis corripetur, dum svadebat Sanctorius, ut consuetudinis lege aliquantulum posthabita, vinum tenuissimum hauriret, factum ut hinc ad lipothymiam usque viribus desiceret; donec mutato consilio ad solitum meracissimi usum se denuo reciperet idem.

§. io. Singularem conniventiam Medici foeminæ postulant imprægnatae, similacram aut picam experiantur, non raro aborsus productricem: ubi prudenter agit, qui aliquando minus rigidus, licet aliquatenus aliena & inepta appetant, iis talia indulget; modo detrimentum non adeò magnum ab iis fuerit metuendum, & excessus omnis vitetur.

§. ii. Quemadmodum contra severe nimis, aut perfunctorie potius, leges medicas servantes, graviter errant, v. g. intolerabili siti febricitantes torquendo, quibus potus forsan est remedium, vel frigidam vinumve de-negando, stragulis eosdem obruendo ac suffocando, calore fornacis eos extorrendo ac quasi deliquando, tenuissimum victum seu strictissimam diætam iis, quibus nihilo minus eam noxiam deprehendimus, stricte injungendo, vel insimilibus diversis delinquendo. Sunt, inquit *Batallus*, qui carnes veru tofas commendent, quas si respuat ager & super carbonibus assas percupiat, non concedant: vel aquam interdum fontis puram utenti cum coctam proponant; vel vinum album prorsus damnent, cui tenui rubellum conserre

judicaverint ; vel alioem non concedant, ubi hieran proposuerint ; vel fæniculum culpent, ubi anisum vel ducum, probaverint ; & alia centena & illia his similia, quæ nibil nisi artis ignaviam, vel contentionis studium, præ se ferunt.

§. 12. Esto igitur, monente eodem Galeno, terminus in medicando, quem non transibit is, qui ex arte generose contra morbum pugnat, ut tuto medicetur, ejus vero, qui dolorem sedat, ut vires custodiat : ubi ultra pergitur, crudelis hominis officium facit, qui una cum morbo vitam quoque homini aufert ; qui vero cubantis delitiis subscriptit, adulatoris. Seu usus Hippocratis de Dec. ornat. Medicus comitatem quandam sibi adjunctam babeat, austeritas enim & sanis & agris difficilem accessum præbet. Id est, ab eodem observare jubemur ægrorum peccata, & ab erroribus hos dehortari, ac resistentes quidem seu morosos etiam cum gravitate quadam increpando, reliquos sereno vultu suscipiendo, commonefaciendo & consolando : & sic utrosque à suis cupiditatibus erroneis avertendo. Sc. qualem Chirurgum exigit Celsus proæm. l. 7. qui sit im-  
misericors, sic, ut sanari velit eum, quem accipit, non ut clame-  
re ejus motus, vel magis, quam res desideret, properet, vel  
minus, quam necesse est, fecerit : sed perinde faciat omnia, ac  
si nullus ex vagitibus alterius affectus oriretur.

§. 13. Adstantes denique & quacunque ratione ministrantes, inter quos Chirurgos & Obstetrices refero, officii sui admoneat Medicus strenue, placide tamen pariter, nisi incuria, morositas, imperitia ac malitia horum aliquid acerbatis postulet, horum strepitus similiaque incongrua atque ingrata arceat, errores innuat & corrigat, increpando etiam eos, pleraque tamen, si fieri possit, ægro occultando : ne vel ex indignatione hujus morbus inten-  
datur,

datur, vel ex eorum incuria ruditateve pejora sibi, ad desperationem usque, ominetur idem.

§. 14. Custodum ejusmodi munus cum tria præ-  
primis involvat, nimirum vel ut, quæ circa ægrum, hujus  
affectum, res non naturales & remediorum usum contin-  
gunt, accuratius observent, quo Medico accedenti & sci-  
scitanti adamassim hæc referre valeant; vel ut medica-  
menta tempestive ac commode applicent atq; propincent;  
vel ut moderentur necessariam & à Medico determina-  
tam diatam: redarguendi sunt non tantum, si alteru-  
trum horum perfunctorie & minus congrue agant, sed  
præterea, si ultra crepidam sapere malint, ægris, ut fre-  
quentius evenit, vel sua, vel aliorum, euporista propis  
nando, & à Medico ordinario commendata præsidia ægris  
suspecta reddendo; utrumque modò clam, si timidiores,  
modo coram, si arrogantiores & perficitæ magis frontis.  
Experiuntur ejusmodi adstantium imperitorum & impe-  
ritarum ausus atque contentionem Magnatum potissi-  
mum Medici, si imprimis remedia generosiora morbus  
gravior exigat, v. g. venæ sectionem, catharsin, cranii per-  
forationem, paracentesin: quos illa ab artis opere inter-  
dum avocant, veritos objurgationes homuncionum ejus-  
modi ineptorum eorumque lingvam protervam. Inter-  
rim quibus consulere temere satagunt hi, nocent, eos-  
que à tempestivo præsidiorum usu excluunt, ut Magna-  
tum infirmorum conditionem deteriorem semper credi-  
derim, quam plebejorum, quibus, spuriis ejusmodi con-  
sultoribus minus stipatis, Medicus absolute magis impe-  
rat, & sine contradictione ulla admovet tempestive ne-  
cessaria quævis; unde haud mirum, si hi præ illis prom-  
ptius reconvalescant. Quamvis aliquando nos minorum  
gentium Clinici ejusmodi assidentium garrulitatem susti-

nere cogamur, ut in applicandis congruis ambigui satis evadamus, satiscat interim miser sub eorum turba.

§. 15. Licet, si conscientiam rogemus, Medicus perinde ac à remediis, quæ minus oportuna judicat, abstinere tenetur, ab imperitioribus commendatis, ita nec obloquia ejusmodi viriligatorum tanti aestimet idem, ut ab his à consilio sano se averti patiatur, i. e. remedia appropriata, cum periculo seu detimento langventis, omittat. Retundat potius obstrepitacula ejusmodi anilia, & ad officia demandata remittat natusculos ejusmodi consultatores ac consultatrices strenue. Quibus nihilominus integrum relinquitur, si quicquam ad ægri usum, conferre censeant, Medico hoc exponere, idque, si hic approbaverit, præstare prudenter; sicut eosdem cavere decet maxime illa, quæ, tanquam inutilia, renuerit idem: dum artis imperitis congrua visa, si adhibeantur, noxam non levem aliquando inferunt, eamque non adeo facile emendabilem.

§. 16. Comprobat comitatem suam Medicus insuper conversatione svavi & affabilitate, qua sive Eloquentia licet, juxta Celsum, non curentur morbi, sed remediis, non Verbis, sed Herbis; gratum tamen huic non minus, ac assidentibus, se reddit ille, vi sequentis:

*Corporis auxilium Medico committe sodali:*

Modò in garrulitatem, ventositatem aut maledicentiam, facundia hæc non abeat. Loquacitatem in Medico vel ipsem vituperat Hippocrates, dum de dec. ornat. post affabilitatem breviloquentiæ inter alia meminisse jubet, molesta quoque existit plerisque ægris & Circulatoribus aliisque hujus farinæ hominibus tantum digna ac relinqua, qui verba arrogantius præcipitant quique ob prodigum & præposterum sermonem à Viris prudentioribus

da-

damnantur, v. g. ab *Accurso Codic. de Medic. L. Parabolano*, his verbis : *Loquacissimi sunt & ita doctissimi vulgi sententia habentur ; re vero & opere sunt ineptissimi, & artem inter omnes summe honorandam & à Summo Deo hominibus concessam dedecorant.* Et profecto garrulus Medicus infirmo alter morbus existit, aut huic & adstantibus est derisui ; postquam sc. loquacitas arti ejus minus quadrat, quam mutam olim cum *Virgilio 12. Eneid.* pronunciabant ; contra non exigua prudentia est, lingvam tempestive coercere & solvere.

§. 17. Jactantiam seu ventositatem vitium plerisque medicis admodum familiare *Rodericus à Castro 3. Med. polit. 2.* ait, adeò ut adagium abierit : *mentiris, ut Medicus.* quales quidem ego aut stolidos & rudes, aut deceptrices, judico. Illos, quod infirmitatem artis propriæ ignorent, adeoque huic ac sibi plus tribuant, quam in amborum potestate est : vel quod alios, Medicos imprimis, adeo simplices & credulos sibi singant, qui eorum ampullas & sesquipedalia verba pro oraculis habeant. Hos vero, quod blaterent nunquam visa, nunquam experta, seu qualia nunquam præstiterunt, ac præstabunt unquam ejusmodi Magnidici : Hinc, de quibus eorumque peritia olim optima quævis mihi pollicebar, hos, statim ac, si arcana, difficiliorumve affectuum faciles medelas, morborum mortes similiaque crepant, non vilipendere haud possum, vixque hoc hominum genere aliud mihi molestius est : quamvis causam his dicat plebs vana, Klippen gehöret zum Handwerke u. E. mentiri Medicorum est ? secus longe de his scripsit *Hippocr. de fratrib. t. 1.* *Qui sapientes sibi vindicentur Medici, bi sunt, qui peccant.* Mirum sane, ne dicam, absconum, qui aliorum corpora curare præsumant, horum animos depravato ac ordinato gloriæ vanæ appetitu

laborare , & quos fatuis atque amentibus non raro mederi observamus , helleboro ipsosmet haud uti , sique ambitionis & præsumptionis irritæ fomitem, stultitiam nempe , non exturbare. Habetque hæc jactantia immodestior & ante curationem facta pollicitatio hoc oneris , ut teneatur magis Medicus ejusmodi de promissis non præstitis. Subdola demum lingua exosa est omnibus , & quemadmodum animi hilaritatem risus , mœrorem lachrymæ & spiria testantur ; sic hæc ejusdem petulantiam , scurrilitatem ac malitiam prodit , hinc nec Medicum , nec Christianum dæbet . *Quid si clamosa vel garrula ? querit Bottallus de Med. & egr. num. §. 35. & respondet, quatit aures illa ac ferit , simul & odium parit , quasi ex audacia fuerit producta : hac incontinentiam attestatur . Dolosam ac maleficam quisque hominum cavet , bonus juxta ac malus , &c.*

§. 18. Inter sermonum argumenta opportunum , maxime sine dubio erit , quod sciscitationem morbi , directionem diæta & præscriptionem atque usum remediorum spectat , hic enim scopus visitationum ejusmodi clinicarum primarius est , proin *Dic , cur hic ?* nihil tamen obstat , quominus loco & tempore idoneo de aliis quoque penes infirmos , vel cum his , vel cum assidentibus verba facias , sique non medica tantum arte , sed amica quoque conversatione utrosque tibi devincias .

§. 19. Sciscitatio affectus hujusve causarum , therapeja directio similiaque , qua prudentia moderanda , suis locis constabit . In genere hic annotasse juvabit , primo cum mulierculis atque imperitis , sive ægrotantibus , sive qui ab horum ministerio , de morborum causis & præsidii non esse facile differendum , nisi quantum maxime necessarium , & sub breviloquentia ab *Hippocr. de dec. orn. t. 9. commendata . Quali nihilominus monito refragari ob-*

observam̄ illos, qui, ut fiduciam singularem penes plēbem aūcūpentur, de affectus & remediorum aetiologyis egregiē garriunt: & hoc quidem nauseabunda non raro prolixitate, ne dicam ineptitudine. Cujus classis illos quoque nugatores autōmo, qui astrologia peculiarem peritiam venditantes, quanta ratio sit habenda astrorum horumque phœnomenorum in remediis administrandis, stentoria voce clamitant: de qualib⁹ nihilominus jura-rem, eos nec circulum in sphēra, nec asterismum in globo, nosse & vix ex rusticorum calendariis sapere. Quemadmodum de ejusmodi homine ridiculo mihi his ipsis diebus relatū fuit, qui, dum graviorum affectuum curam gerit, noctes insomnes frequentius se agere, ægris persuadet, eum in finem, ut de mutatione morbi & tempestivo ac congruo præsidiorū usu accuratius, præ cæteris Medicis cunctis, ferre valeat judicium, ni fallor, memor Horatii:

*Ut jugulent homines surgunt de nocte Latrones.*

§. 20. Vanam illam vulgi auram jactatoribus ejusmodi quidem vix invideo, modo ad captum hujus forent prolata, neque ex his vel majora, quam par est, sibi promittant ægri, vel male intellecta male applicent. Eo ipso enim, dum, quicquid in buccam venit, garruli ejusmodi eloquuntur, non raro tristia & atrocia incogitanter commiscent, quibus infirmi terrentur ac in mœrorem conjiciuntur, ut de suo decubitu pessima quævis ominentur, timentes, ne narrātum simile quippiam sit huic, quod ipsimet patiuntur: atque hoc aliquando alienam seu falsam plane Medici dictis affingendo mentem, in ejusdem præjudicium & famæ detrimentum. Ut si hic y. g. quendam ex incongrue assumptis insigniter læsum dixerit, eum in finem, ut ab his ille studiosius caveat, aut forsan sal-tim,

tim, ut gravioris morbi curationem jactitet ipsemet: infirmus eò detorqueat, quasi à simili errore gravissime & letaliter se decumbere innueret idem. Quagli iudicio tristiori ac desperabundo parturientium nänias nostrarum Obstetricum sëpius occasione existere, non sine indignatione quotidie experimur: in distociis, ubi animi excitatione & solamine opus, casus tragicos, veros flosve, insulse enarrantium, imo præsentí quoque, licet utplurimum, ineptissime, applicantium. Es ist hier eben so ein Zustand / wie bey der seligen Frau N.N.

S. 21. Magnidicishis blateratoribus accensere quadrabit eos, qui minus expectatas symptomatum ingravescentias ac morborum pertinaciam non artis infirmitati, multo minus sua imperitiae, sed ærorum errori leviori, callide satis, & interdum cum horum increpatione, adscribunt, Hippocrati jamdu de Vet. Med. t. 38. notos: Sc. velut idiotas, qui, ubi illi (ægri) die aliqua novi quippiam fecissent, veluti si lavassent, aut deambulassent, aut quid alienum comedissent, atque bac omnia melius esset adhibuisse, quam non: nihilominus tamen causam alicui ex his contribuebant, veram quidem causam ignorantes, & fortassis id, quod commodissimum erat, dannantes &c. Quales quidem penes plebem solertiores omnium circa infirmos animadversores ac prudentiores censores audiunt, à sapientioribus vero irridentur, non tam causam sibi concipientes quam fingentes, simulque ægros inepte cruciantes.

S. 22. Cujus genii illos pariter judico, qui affectus, quos superare ac tollere ignorant, minus curandos seu attingendos miseris præter rationem persuadent, v.g. febres, scabiem, man müsse sie nicht bald vertreiben / sie wären gesund: cum nihilominus per experientiam convincamus, (1) omnes ægritudines in principio facilius, quam

quam inveteratas , sanari : ( 2 ) non raro indigitatos similesve affectus ultra ægri & Medici expectationem durasse , adeoque ab illo sanitatem anxie desiderari , ab hoc tacite intendi ; licet forsan non congrua satis præsidia , v.g. purgationes , sanguinis missiones ineptas , adhibeat . Qua ratione non tantum propriam turpitudinem celare ejusmodi medicastri annuntiuntur , sed aliorum quoque mendendi rationem sanam , qua cito & tuto magis ejusmodi molestias averruncare solent , cavillant , & quasi intempestive egerint , i.e. in pericula recidivæ aliorumve morborum sibi demandatos conjiciant , nugantur : prius quidem satis astute , posterius vero frivole .

§. 23. Aliter sentiendum , si cum sapientioribus Medico fuerit negotium , quibus morbi ideam , causas & occasiones , cum præsidiorum efficacia , explicare , suamque sententiam contra imperitos ac malignos propugnare , magnam illi non raro fiduciam parit , *qualem omne demonstratum proferentibus , seu ad veritatem ac demonstrationem confisis Hippocrates l.a.t.2. promittit.* Fiat tamen hoc cum prudentia ac sub terminis ejusmodi , unde ægri animus minus conturbetur , ac quibus aliorum errores ita corrificantur , ut veritatem potius , quam reprehensionem , ille intendere videatur . *Promptitudinem , ait Septalius aximadvers. Et caut. lib. 1. §. 8. data occasione ad mitiocinandum offendat , nihil sine demonstratione proferens.* Et paule post : *recte sciat persuadere , nam Plato 1. de legib. vult , ut primum doceat Et persuadent Medicus , quid sit agroto faciendum , Et non prius imperet , ita promptius parebit.* Juxta illud Aristotelis : *parebo lubens , si vera haec , que dicas , esse demonstraveris.* Potissimum autem sermonis hujus vergat ad infirmos , ut boni animi sint , excitandos , quantum hi semper pusillamines ac suspiciosi existunt .

C

§. 24.

§. 24. Trutinet itaque Medicus non tantum verba, qualia, sed ad quos quoque, quomodo & quando, faciat, & annon in se bona & congrua horum in malam partem æger suspicax & meticulosus, præprimis ubi morbus adhuc in ancipiti, interpretari queat: adeo quidem, ut nec, quæ assitentibus haud celamus, infirmo semper innotescere, conveniat, prognosin imprimis dubiam concernentia.

§. 25. In specie *Botallo* in eo adstipulor, dum §. 41. ægris & assidentibus medicamenta necessaria declarare, seu nominare vetat, sed tantum significare concedit, v. g. purgandum, vomitum excitandum, clysterem injicendum, sudandum &c. esse, reticere verò, quibus hæc siant, aut ex quibus parentur. Cujus sui moniti rationes subnecit, (1) quod ægri sine Medici consilio talibus aliquando abuti, aut intempestive uti, queant, v. g. purgante vehementiore, sudorifero volatiliore & spirituoso, item paverino seu opato in doloribus & vigiliis compescendis: à quorum similiumque nihilominus in vulgus emanante cognitione, quam frequentes contingent ærumnæ ac clades, deplorandum potius, quam commemorandum. (2) Qued communiter nota brevi in contemptum veniant, i. e. ægri, notante *Plinio lib. 29. c. 1. minus credant, quæ ad salutem suam pertinent, si intelligant*: vel quia trita & vulgata facta, Er brauchet ja nichts als Krebsäugen / das rothe Pulver ic. vel quod ineptior artis aliquando hæc damnaverit, v. g. Mercurium dulcem, Cinnabarum, opium &c. vel quia sunt exigui pretii, weil kein Gold oder Perlen darbey seyn. Quale quid non *Galenus* tantum de divite quodam perhibet, qui præsidia, quæ parvi vendebantur, mendicorum esse, ajebat: sed ejusdem generis homines etiam inter nostrates observamus, qui familiaria utilia spernunt,

nunt, incognitis vero preciosis & exoticis delectantur, v.g.  
lapide bezoar, auro, margaritis, hincque paratis be-  
zoardico solari, Tinctura auri, Essentia lapidis bezoar, su-  
doriferō magno Fabri, Vomitorio pro Regibus & Princi-  
pibus. Addo his (3) quod notis remedii vulgus non raro in-  
faustos morbi successus attribuat, præjudicio nimirum va-  
no laborans aut ejus persvasis, quo v. g. Cinabarina, An-  
timonia, Mercurialia &c. abhorret, corticem Peruvia-  
num reformat.

§. 26. Proin taxanda venit maxime illa quorun-  
dam inconstantia, aut mavis levitas, seu sibi & aliis abblan-  
diendi libido, à R. à Castro lib. 3. c. 6. annotata, qua ut,  
quanto penu medicaminum polleant, elucescat, duo vel  
plura eorum simul commendant, langventi optionem  
permittentes: qui hinc dubius redditus neutri illorum  
fudit, medicumque aut inconstantia, aut imperitia, ac-  
cusat.

§. 27. Imo invenies inter Medicos quosdam adeo  
garrulae & præcipitantis linguae, qui, ut habeant, quod elo-  
quentur, vel ante, vel post, usum remedii hujus singu-  
laria incommoda explicent, si non fingant: sicut memi-  
ni horum quendam, qui, cum ab opiatu, à semet præscri-  
pti, usu de gravitate capitisi aliquali conquereretur agra,  
responsum dedisse, ich hab es wohl gedacht u. regerebat il-  
la, warum hat er mirs denn verschrieben? Quo igitur, in-  
ferti Botallus, opinione adversus medicamentum non peccat  
ager, satius est ea non divulgate, nisi ea se velle noscere con-  
sendat curiosus (addo sapiens) patiens vel assistens: quam-  
vis simulare & dissimulare in ejusmodi casib[us] securius for-  
san sit, si non denegare idem liceat.

§. 28. Etsi Scriptori huic eximio in eo mi-  
nus adstipuler, quod materiam tantum auxilii, non auxi-  
cid

lum ipsum, reticere jubeat, quatenus nec hoc significare, semper è re est, v. g. si à purgantibus aut vomitoriis cuiuscunque generis abhorreat ægrotus, sub alterantium terminis propinentur, si de narcotico metuat, si vesicatorium dolorificum detrectet. Frequentius celare jubemur operationes Chirurgicas ac indicata, quibus ministrantur, v. g. dum, svalente Galeno comment. in Hipp. librum, qui, que in medica tria sunt, inscribitur lib. i. t. 13. medicus operum dat, ut ipsis (ægris) inscientibus locum affectum secat, seu in expectato homini sectionem adhibeat, vesicatorii necessitatem juxta ac hujus materiam silemus, dentis cariosi extractionem non minus dissimulant, ac hujus instrumenta occultant, Odontagogi; & juxta Celsum 3. cap. 5. semper agros securos agere convenit, ut corpore tantum, non etiam animo, laborent.

§. 29. Controvertitur equidem penes Autores, an ægrum salutis causa decipere liceat? dubitandi rationem præter ethica ac theologica præcepta forsan vel solo Hippocrate suggestente, quando de Medico t. i. justum, & candidum ad omnia postulat hunc. Verum eo ipso, dum (1) in morborum medela non raro ejusmodi eveniunt casus, quibus debellandis uti cogitur Medicus præfidiis ingratiss, dolorificis & tantum non crudelioribus, qualia nihilominus, sola sanitatis spe, ægri ferunt, ille salutari stratagemate eorum teneritudini subvenire, tenetur, ne, juxta Baudewyns part. i. quest. 40. absolute sanari renuant, vel saltē, ne bis miseri sint: semel sc. per viam doloris apprehensionem de futuro, semel, dum actu passiuntur. Quod præstamus operationem molestam seu dolorosam vel subticendo, vel ambagibus, argutis & ambiguis sermonibus occultando & quasi temperando, ægrum divertendo ac consopiendo. Nec, si categorice de his

his sibi respondere urgeat æger, cui persuadendum remedium, non, nisi cum sanitatis damno, aut vita periculo, evitabile, mentiri fallereve dici poterit is, qui contra scientiam & mentem eorum loquitur & agit; dum omni studio & industria juvare annititur etiam hunc, qui auxilium respuit. Porro (2) calliditatem ejusmodi in medico postulat infirmorum timiditas, quorum confractos animos omnibus modis solari & in spem meliorem erigere decet: dum ipsem *Plato*, à mendacio quamvis alienissimus, 3. de republ. nihilominus Medicis pariter, ac reipublicæ moderatoribus, tale quid, quasi pro medicamento, concedit; sc. sub conditionibus & moderamine illo, de quibus, ubi de prognosi formanda, agetur. Quibus (3) accedunt immorigeri & morosiores ægri, quorum gratia, seu pro eorum contumacia & inobedientia retundenda, majora quam sunt, fingere licet mala, ut, annotante *Galen*o 6. epid. 5. c. 13. certæ & exquise viciis rationi obtemperent, it remedia necessaria promptius admittant: minime tamen juxta illos Hippocratis interpretes, quorum *Galenus* l. a. meminit, ne medicis, tanquam non celeriter illa vitia curantibus, irascantur, & mercedes majores & munera ampliora, qui sanati fuerint, medicis dent, utpote à magnis languoribus se liberatos arbitrantur; quæ sc. mendacium verum dolumve sapiunt.

§. 30. Simulationes ac dissimulationes ejusmodi medicas præ aliis affectibus sibi peculiares volunt (4) melancholicorum aliorumque delirantium errores pertinacissimi: quibus illæ genuinis magis remediis potentiores longè observantur, ut cernere est penes *M. Donatum* 1. hist. mirab. 2. *Schenck* 1. obs. de Melancb. *Zacutum Luf* 1. Med. princ. hist. 36. 37. & 1. prax. adm. obs. 48. & 49. *Tulpium* 1. obs. 13. 19. ac 50. Accensere his lubet binos festivos stolidos,

unum ex Poggii *Facetias*, qui se mortuum persvasus clausis oculis & immoto corpore per urbem eousque ferebatur, donec quidam prætereuntium exclamaret: bene habet, furem hunc pessimum & suspendio dignum periisse: tum stultus erecto capite, nisi mortuus esset, respondit, diccerem, te per gulam mentiri. Alterum ex *Reyes Elys. camp.* qui tam vastum sibi conceperat nasum, ut nullum sibi ingressum sufficiens pateret ostium, quique non prius se satiatum credidit, nisi visis in subjecta pelvi ovium pulmonum frustis, quos Medicus, inter manus & manicas nari bus latenter admotos, quasi inde detractos, dissecuerat. Id est, prout insidias hostibus parare jure conceditur, cur Medicorum imposturas honestas reprobabimus, quibus vita ac valetudini hostem irripugnant? Sc. juxta *Ayalam*:

*Prost ut egrotis, Medicinam nil dederet artem,*  
*Id fiat salva religione modo.*

§. 31. Deinde sermones suos omnes eo dirigat Medicus, ne morbum vilipendere, ejusque curationem procrastinare aut negligere, videatur. Nec enim exilior seu levior affectus parvi faciendus, cum morborum multitudinibus initio mites compareant, quibus nisi propere ac sub prima mox invasione adhibeantur remedia adæquata, ingravescunt aliquando ad interitum usque infirmorum: ut taceam, eorum nonnullos adeo dolosos & mali moris existere, ut, primò mitiores visi, circa statum demum ferociam suam prodant, & veloci satis impetu illos rapiant. Proin perinde, ac juxta *Hippocr. in epist. ad Cratev. ab omnibz arte aliena res est dilatio*, maximè vero à Medicina, in qua dilatio est animæ periculum: ita, vellidente aurém *Mesue in prefat. auxiliari ne differat*, cum semel pereunt i nulla postmodum suffragia prosint; & graviter peccat, qui non illi co & sub occasione fugaci admovet necessaria. Quibus acce-

accedit, quod, si morbum minorem decumbenti Medicus persvadeat, ille hujus præceptis minus obtemperet, cum sui exitio & Medici ignominia, in quem culpa postmodum rejicitur, annotante *Galen in Hipp. 6. epid. comm. 2. t. 46.* dum hic vel affectum ignorasse, vel se felliſſe, censetur.

§. 32. Hinc multo minus ἀλλότρια ad lectulos infirmorum tractet seu nugetur Medicus, ut assurgens & abi-turiens, nec phœnomena morbi aliaque necessaria sciscitatus, nec remediorum mentionem fecisse, aliquando ob-servetur, tempusque frustra triverit: ab ægro demum vero, post fabularum & ineptiarum multarum profusionem, ad frontis usque æstum, hoc alloquo conturbetur, quærente: *Was machen wir aber / Herr Doctor?*

§. 33. Tertio siquidem, quemadmodum medela-morbi sine dubio Medici scopus primarius est, sic ante omnia sermone suo ad diætam congruam & usum prædi-orum præscriptorum adhortetur ægrum, & quidem, si affectus, Chronicus v. g. hoc urgeat, primo statim aut altero accessu varietatem etiam seu pluralitatem eorum sub-innuendo, præente *Hipp. precept. t. 3.* his verbis: *Utile est autem eorum, que egroto offerenda sunt, varietatem præ-definire. Non enim asseverare oportet, quod unum aliquod solum exhibunt proderit: omnes enim affectiones, ob multas casuum circumstantias ac mutationes, mora quadam diu-niore adhærent.* Id est, cum morborum pertinacia & mu-tationes varient, hæque forsitan plura remedia exigant, se omnia, temporum occasione, administraturum pollicea-tur ille, hac admonitione simul factu, ne infirmum eorum præproperè pertædeat: ne scilicet hic de varietate hac minus ad-monitus illum genium ac difficultatem affectus ignorasse suscipetur. Quod tamen sub ejusmodi moderamine, prudentiore, ac sine prolixiore eorum declaratione mo-leſtia-

Iestiarumque pedissequarum ampla enarratione, multo  
magis sine exaggeratione, sed potius, ut dictum, cum eo-  
rum harumque occultatione ac definitione, fiat.

S. 34. *Ægrotum* hujusque medelam spectanti ser-  
moni nihilominus subinde subnectere aut admiscere lice-  
bit & conductet confabulationes quodlibetarias, seu de va-  
riis ejusmodi rebus, quæ in communi vita aguntur atque  
observantur, item rem literariam similiaque spectant:  
modo ante omnia vel ægri vires, vel animus, talibus fe-  
rendis quadrent, non somnum turbent, & quæ huius ge-  
neris sunt cavenda. Præprimitis vero argumentum collo-  
cationis ægri conditioni ac moribus sit congruum & gra-  
tum non odiosum: quatenus non tantum *Hippocrates* 6,  
*epid. 4.* gratificationibus ægrorum inter alia sermones ac-  
censet, sed in hunc locum commentator, *Galenus*, non-  
nullos ægros medicis, fabellas narrantibus, delectari, non-  
nullos eosdem fastidire, afferit; aliquos gravibus & seriis  
sermonibus gaudere, aliquos facetis & lepidis. Alia sa-  
ne ratione cum Philosopho est differendum, alia cum Au-  
lico, cum erudito, alia cum villico. Diversa sine dubio  
est ratio alloquendi puellam virginem ac Matronam gra-  
vem: cum bibace sermones instituat de vino Medicus, de  
frigidæ & limpide aquæ deliciis cum abstemio &c.

S. 35. In genere, sint illi sapientes, graves ac mo-  
desti, haud stolidi, aut qui animum infirmi illo modo  
commoveant, qualis ille Herophilei, qui ægroto interro-  
ganti, moriar? hoc responsum succinuisse fertur:  
*Et Patroclus obiit, qui te prestantior ipse.*  
Et Callionactis illius acerbioris, quis, pariter ab ægrotan-  
te interrogatus, moriar? respondit:

*Pulchra de stirpe creatus, nite Latona treasset.*  
Item illius ineptioris, cuius Rod. à Castro meminit, qui de  
mole.

moleste transacta nocte conquerenti alta voce aphorismum Hippocratis recitabat : *Ubi somnus laborem facit, mortale.* Nihil tamen prohibeat, quominus lepidus ac festivus quoque sermo aliquando graviorem temperet, modo sit honestus, minus scurrilis, agrestus, obscenus aut ineptus, ac tempori & loco respondeat : nam & hoc in passu ad ægri naturam atque animum vultus cum verbis & actionibus componendus erit. Licet enim *Socrati*, *Menexeni*, orationem *Aspasiae* efflagitanti, haud per omnia subscriptam, dum *forte*, inquit, *me irridebis*, si senex adhuc jocari tibi *risus* fuerit ; sed tibi mos gerendus est, ferme namque, si me nudatum saltare juberet, quandoquidem soli sumus, obsequerer : quia nihilominus modesta festivitas, tum vultus, tum sermonis, Medici animum & spem infarimi atque adstantium erigit, tristis vero & depresso oratio ac facies formidinem incutit, sales & facetiae Medico aliquando ornamento sunt, maximè rariores & oportuna, v. g. svadente *R. à Castro* 4. cap. 8. de iis, quæ ægrotis aliis ve hominibus aut medicis etiam insulsiis ac stupidoribus acciderunt, reconditi tamen seu salis aliquid semper contineant, faciantque imprimis ad patientis utilitatem ; qualium facetorum dictorum & gestorum idem Scriptor paradigmata diversa suggerit.

§. 36. Nunquam tamen ingrata, sicut oculis, naribus & palato, ita nec auribus, ægri offeruntur, qualibus merito accensentur sordida, v. g. de ungvibus, scabie aut aliquo id genus vitio affectis, deferculis ingratioribus, item horrenda, v. g. laniæ, operationes Chirurgicæ crudeliores &c. sed semper qua magis oblectent, animadvertiscente *Galen* 6. epid. 4. t. 8. Quemadmodum demum sine dubio monente *Hippocrate* de dec. orn. t. 9. sermones tujuscunque generis commendat breviloquentia : post-

D

quam

quam nimis infirmos facile à quibusvis objectis tardi  
affici, palam est.

S. 37. Præceptis his affabilitatem & sermones Medici concernentibus haud repugnat Taciturnitas, ab eodem Hippocrat. iusjur. t. 3. de Medic. t. 1. Et de dec. orn. t. 2. commendata : per quam silere & tanquam arcana celare adigimur non ea tantum, quæ penes ægros seu inter curandum observamus, sed quæ ad medicandum non adhibiti in communī hominū vita cognoverimus, quæque propalari seu efferi non contulerint, seu quæ in ædibus hinc inde aguntur. Imprimis vero morbos secretos perinde, ac Confessionarius peccata, quæ ullus ipsi confessus fuit, Medicus, cuius fidei infirmitates corporis concreduntur, silere tenetur : quem sc. æger valetudinis sua intimum selegit consiliarium & amicum, de quali Siracides cap. 27. scribit, *Qui revelat arcana, amittit fidem*. Et JCTi multant Medicos, qui secreta commissa temerarie, in damnū & præjudicium committentis, propalant, i. e. ex quorum reticentia nec ulli privatorum, nec publico, aliquid damni immineat, v. g. herniam, fistulam ani &c. Quibus Valleriola 4. enarr. 10. subscribit inquiens : *inter cetera cuncta nihil eque quicquam Medici dignitatem fide & taciturnitate illustrare posse videtur, & paulo post: quæ in morborum curationibus viderit, queque reiecta notam sunt agro allatura ceu arcanum contineat, nec cuicquam pandat. Ignominie enim plenum est agri famam prodere, & fidei nosse & commissa continere non posse.* Unde non satis urbane, aut politice, advertente Budewyns, Medicis aures de agrorum ejus statu nimis curiose indagando fatigantur, quo qualive hic aut ille morbo affligatur, quod ne ab uxore aliisve domesticis Medicus unquam pati deberet, ex natura sua tam propatulis, quam curiosis : quamvis adeo garrulos non-nun-

nunquam offendamus Medicos , qui penes quoscunque ,  
nec interrogati , nedum fatigati , inconsiderate valde de  
fuorum infirmitatibus blaterent.

§. 38. Secus enim res se habet cum morbis conta-  
giosis , v. g. lepra , peste , lue venerea , item impotentia ge-  
nerandi , concipiendi &c. quales sane omnimode celare  
minime decet : sed per conscientiam obligatur medicus ,  
ejusmodi affectus significare iis , quorum interest , postu-  
latus potissimum , imprimis à Magistratu & in Judicio , no-  
tante *Codronchio de Christian. med. ration. 1. cap. 38. f. B.*  
*Sylvatico de Medico cap. 8. & Valleriola 6. enarr. med. 5.* Nisi  
forsan periculum à maligno morbo hujusque contagium  
nondum adeo præsentaneum atq; evidens fuerit , v. g. si , jux-  
ta *Valleriolam* , quis ad elephantiasin tantum inclinans aut  
gonorrhæam virulentam sustinens nos consulturus ad-  
eat , nondum verò perfectè elephanticus fuerit , nondum  
morbi gallici symptomata graviora patiatur : quales sane  
magistratui protinus prodere & in vulgum infamare mi-  
nime convenit. Id est , quemadmodum impietati proxi-  
mum flagitium videtur , quem consilio regere , fide tueri  
& arte servare potes , ejusmodi mali insimulare , per quod  
fama spoliatur , turpis & omni humana societate indignus  
pronuncietur ; qui potius tacite admonendus erat , sibi  
ut sapiat , & medicorum dictis ac consiliis auscultet : sic  
certe fallit ac perdit fidem , qui verè Gallicum seu Ele-  
phanticum &c. non significat , hinc majorem hominis u-  
nius , quam alterius , privati , quam Reipublica ( quæ una  
omnes omnium propinquitate & affinitate longe superat )  
majorem curam hábet , *Salus quippe publica suprema lex*  
*estio.* Etsi prima rudimenta quoque dictorum similiumve  
morborum , v. g. gonorrhæam virulentam , familiarius &  
propinquius cohabitantibus aliquando contagiosa & de-

trimento existere, ratio & experientia innuat: per consequens Charitas Christiana illa his, quorum interest, cum prudentia in aurem dicere postulet.

§. 39. Extra & præter qualem contagii casum quidam, v.g. *Boudewyns ventilabrum med. theolog. part. i. quest. 42.* ac *Bernier Effais de Medecine part. 2. cap. 8.* si *Judex de secretis*, quæ æger Medici & Chirurgi fidei commiserit ac consilium desuper petierit, hos nullo modo ad testificandum obligari, putant: quasi silentium hoc in jure naturali fundetur, obligationem servandi secretum jubente, quoties per revelationem ejus fama pateretur. Cujus sane legis vinculum firmius esset, quam Prætoris postulatum, cui veritatem, juxta *Thomam*, omnem considerandi nemo teneatur. At sanctiones saniores ratio & observantia aliud longe præcipiunt, Medicum nempe & Chirurgum in veritatis quoque subticentia peccare, & obligari utrumque ad sibi concredita vitia, quæ interesse publicum & justitiæ administrationem spectant, v.g. inficta vulnera, venena propinata, similiaque judiei revelanda: qui crimina sciscitans in jus naturale minime peccat, quod etiam in poenis erogandis criminibusque delendis suum, cuique tribuere postulat, postulantque Leges divinæ ac humanæ criminum vindicationem; & veritatem tacere reservationum mentalium Pontificiorum, inter quos nominati quoque autores se profitentur, enormius specimen est. Hincque inter leges Chirurgus nostratisbus præscriptas, *Innungs-Articuln/* etiam hæc est, ut vulneratos, qui eorum medelæ se committunt, quosque ab aliis læsos suspicio est, ac vulneris conditionem per schedulam, *Wund-Zettel/* Prætori oppidano denunciant, sub multa totidem Imperialium.

§. 40. Magis spinosa quæstio est de imprægnatione & partu nefario, an hæc Medicus subticere revelare te-nea-

neatur? Pro priore facit familiæ labes seu dedecus, quod avertere & occultare, haud manifestare, conveniebat: pro posteriore metus concitandi abortus & infanticidii, qualibus criminibus obicem ponere, Leges jubent. Magistrati E. non postulatus, talia prodere, haud semper tenetur, nisi abortus & infanticidium metuendum hoc urgeat: & sufficiet, parentibus, agnatis &c. ea eorumque conjecturas tempestive exponere, quo personarum ejusmodi suspectarum harumque molimini accuratioem gerant curam. Quamvis cautum valde postulent revelatorem, ne v. g. imprægnationem & partum variis machinis occultantes Te de injuria personæ & familiæ, filiæ & parentibus, illatæ in jus trahant, proterva lingua & convitiis te proscindant &c. Quibus, Patri nempe ac Matri familias, pariter revelandum utique puto, si filius, filia, nutrix aut ex domesticis ullus morbo quodam virulento seu contagioso laborent, quod hic cæteris familiæ membris exitiosus facile evadere queat: quemadmodum Medicus itidem obligari videtur, conjugum unum de affectu alterius contagioso admonere, ne eadem afficiatur malingnitate.

§. 41. Casus omnes ac singulos silentii Medici moderandi ac declinandi vix recensere datur, disquirer & determinabit eosdem cuiuslibet conscientiæ ac prudentiæ dictamen: si per hoc morbi secreti non in publicum divulgentur, non cuivis ardellioni, sed his tantum, quorum interest, sc. magistratui, aut qui sub proximiore cohabitatione à contagio minus tutus, aut cum inhabili, impotente, demente, epileptico &c. matrimonium tentaret, manifestentur: & quidem privatis sub sigillo demum silentii naturali; neq;e virtutem absconditum semper exacte & specialius, sed sub generalioribus & plus minus ambiguis aliquando terminis, seu suspicionis tantum ra-

tionem aliquam, innuendo. Quorsum etiam spectat, ut subjectum morbosum potius, v.g. impotens, lue gallica affectum, dehortemur à conjugio adeundo, non alterum seu sanum: sicque indirecte daminum ex eo metendum avertamus, charitatem vero Christianam utriusque præstems.

§. 42. Porro sicut nihil temere aut inconsiderate afferendum vel contemnendum, in diagnosi nempe & prognosi, multo minus svadendum atque administrandum *Hippocr. 6. epid. f. 2. t. 46.* monet: quatenus audacia & citra præmeditationem præcipitantia ægro in exitium & Medico in ignominiam vergit, in hoc imperitiam & judicii inconstantiam arguens. Quali vitio incautos non minus juvenes ac indoctos senes persæpe tentari, *Zacutus Luf. introd. ad prax. præcept. 23.* ait: *illos quidem, quod futuros eventus inexperti ignorent, & citra rationem ac cautelam ultam in laqueos conjiciant agros, à quibus nec ipsi, nec miseri agroti, evadere possint; hos vero, quoniam citra autorum lectionem, soli fidentes experimento, quo jactabundi gloriantur, atrocibus præsidis agros excarnificant, quoisque debiles & viribus resoluti è vita discedant.* Ita, advertente Billiebo obs. & paradox. obym. 2. c. 6. cavendum maximopere, nedum agrotorum indemnitatí mitioribus & tutioribus remedis consulimus, sinamus interim fortiorum & magis congruorum neglectu illorum periclitari salutem. Neque enim minus exitiabilis est medentis adulatio, quam rebementia medicamenti. Et qui præcipitantibus, cordialibus, alexipharmacis similibusque tutioribus, ut ajunt, medicamentis febrem acutam v. g. aggrediuntur, das Herz verwahren/ evacuans vero oportunum formidant, non minus præpostere agunt, ac qui quodvis præsidium generosum intempestive administrant. *Leviores maculas, pergit Billi-*

Billicbius l. a. aqua eluit, at ubi altius infedit vitium, acerri-  
mus adhibetur sapo, sitque ex Hippocratis praecepto transitus  
à medicamento ad ferrum, à ferro ad ignem, atque magnis  
morbis magna remedia opponuntur. Id est, juxta Hippocr.  
de lege t. 3. timiditas impotentiam, audacia vero ignorantia-  
am, artis significat.

§. 43. Audenter ac intrepide E. cuncta aggrediat-  
tur Medicus, secundum rationem, adeò quidem, ut, ad-  
vertente eodem Hippocrat. 2. apb. 52. omnia secundum  
hanc facienti, licet secundum eam non quævis mox eveni-  
ant, non statim transeundum sit ad alia; nisi mutatio mor-  
bi, symptomatum aliarumve circumstantiarum aliud sva-  
serit: sed quod mature excogitavit ille, huic audacter in-  
hæreat & graviter exequendum curet. In quibus tamen  
ita se gerat, ne cervicosus seu contumax nimis censeatur,  
quod philavtiā simileve quid olet: sed aliorum senten-  
tiā pariter audiat, hanque rectam si inveniat, amplecta-  
tur, imò de errore admonitus se corrigi prompte patia-  
tur. Graviter quippe, advertente Codronchio de Christ.  
med. nat. & Sylvatico de medic. errat mortalisque peccati re-  
us redditur Medicus, qui, ne sententiam suam mutans er-  
rasse videatur, errores fateri recusat & eos acriter defen-  
dit; ac tanto gravius peccatum committit, quanto majus  
præjudicium ejus ægrotantibus hinc evenire potest: sicut  
error non minus punibilis est, quando in remedii præscri-  
pti, quod minus oportunum posthac cognoscit idem, usu  
nihilominus persistit, illudque mutare renuit, ne imperi-  
tus aut inconstans compareat. Quatenus, juxta Zacciam  
lib. 6. tit. 1. queſt. 2. §. 10. in hoc casu æque peccat, ac si à prin-  
cipio per dolum malum medicamentum morbo non  
conveniens præscripserit: & anteponere omnimode te-  
nemur hominis salutem falsæ de existimationis amissione

per-

pervasioni. Cum, sicut alias hominis est, deerrare, ita maxime in arte hac conjecturali ac difficiili hoc metuendum veniat, i. e. Galenus 3. presag. 41. supra captum hominis nunquam errare, solius artificis quam minimum, asserat: quatenus ipsemet Hippocrates, Galenus aliique Medicinæ proceres suos errores fateri haud erubuerunt, v. g. dum Hipp. epist. ad Democrit. se ad finem Medicina nondum pervenisse & 5. epid. t. 14. à futuris in calvaria lassione se deceptum, ingenue perhibet, magnis idem laudibus à Celsio 8. c. 4. elatus, quasi more magnorum virorum & fiduciam magnarum rerum habentium egerit; nam levia ingenia, quia nil habent, nihil sibi detrabunt. Magno ingenio multaque nibilominus habituro convenient etiam simplex erroris confessio, præcipuo vero in eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur. Et Galenus 2. de loc. aff. 5. proprio exemplo dolorem colicum perperam nephriticum sibi persuasisse memorat: ut alios ejus errores horumque apertas confessiones, quemadmodum Avenzoaris quoque, Areatai &c. quas in fasciculum collegit Tiraquellus de Nobil. cap. 31. num. 500. & 502. & Zacutus Lusit. 1. de med. princ. bisl. 79. taceam. Medici proin ingenui erit, errorem, si non ore semper, animo tamen, fateri & semet corrigere, aut ab aliis se corrigi haud recusare: discutiendo enim ac attentius singula expendendo judicium magis acuit; in errore vero qui moratur, arrogantium aut contradicendi libidinem prodit, finem vero primarium, qui est, morbum superare & sanitatem restituere, neglligit.

S. 42. Administrationem vero ipsorummet remedium nec festinet, nec plus justo differat, i. e. fortuitam seu præcipitem circumspete expectet atque attendat occasionem: quam qui neglligit eive antevertit, frustra molitur, quicquid molitur, dum in tempestive applicandis

candis remediis tota curationis vis consistit, juxta Hipp. i. apb. 1. de Medic. t. 11. de dec. orn. t. 10. & precept. t. 1. § 3. quemadmodum pariter, si aut ægri, aut assistentium, precibus, aut importunis verbis, se vinci sinat, sive ad præsidium ante tempus adhibendum, sive ad pleniorum viætum, vinum, atmosphærā frigidorem. Similiaque morbo minus congrua, concedenda. Quamvis enim ægrotantium desideriis aliquando quadantenus indulgendū esse, superius monitum fuerit; semper tamen sub conniventia etiam ejusmodi occasionis habenda erit ratio, ideo medicationis anima appellata: v. g. catharsis aut mox in prima morbi invasione, aut demum, ubi materia cocta, instituendo, abscessum non crudum aperiendo, sed hujus incisionem ad maturitatem usque, etiam cum ægri molestia, differendo, parturientem non ad præcoces conatus adigendo, neque oportunos negligendo.

§. 45. Moribus denique, quibus Medicus sibi & arti ampliorem laudem acquirit, accenseri debet industria seu assiduitas, quam non sedula tantum cognoscendū in dagine & a-gendorum studiosa administratione, de quibus in seqq. dicitur, sed frequentiore insuper ac imprimis visitatione declarata ac præstat: secundum Hippocratem de dec. orn. t. 10. Ingressū utere frequenter, visita diligentius, bis, qua à deceptis per errorem sunt, occurrens, ut mutentur. Facilius enim cognosces simulque expeditior eris &c.

§. 46. Non desunt equidem, qui vel ex sola uroscopia, vel ex relatione ministrantium, se satis superque de morbi indeole, symptomatis, adjunctis &c. informari posse putant, hincque remedia congrua eruere contendunt; superfluum igitur, sordidum ac yile nimis visitandi ægros munus judicantes. Verum cum Uromantis quia suo loco agendum erit, cæteros in præsentiarum, ne arrogantiæ aut desidiæ suæ plus, quam saluti ægrorum suorum, litent, non tam à Codronchio, dum i. cap. 5. medicum nec ex arte, nec conscientia, absentibus sufficienter

E me-

mederi ac consilium dare posse, afferit, quam per experientiam frequentiorem & sanam rationem, persvasis, horrort.

§. 47. Sc. ante omnia dandum est aliquid necessitati, i.e. si nec ægro medicum, nec huic illum, adire concedatur, quacunque de causa: modo de cunctis affectus illius circumstantiis hic sufficienter informatus fuerit, ab alio medico, aut persona quavis perito, aut ipso ægro per literas: Quamvis frequentiores obseruemus ægritudinum casus, quibus exacte & pro necessitate exponendis nec infirmus, nec adstantium nullus, sufficiat, medicus vero aliis nullus præsto sit. *Affectus ipse* evidentior & symptoma urgens maxime, v. g. icterus, cephalalgia, vomitus, contusio capitis, hæmorrhagia ex relatione eorum satis patent: minus verò, quæ diagnosi demum perspicaci eruntur, v. g. hydrops pectoris nephritis, fractura calvariae &c. multo minus eorum causæ aliæve circumstantiæ. Porro quedam non, nisi à præsente medico, indagari valent, v. g. pulsus conditio, vultus, abscessuum habitudo, similiaque ægritudinis signa & ferè momentaneæ mutationes, imo non pauca horum etiam roganda veniunt ab ipso ægro: Sine quibus nihilominus medicus prudentem prædictionem formare nequit, multo minus consilium capere ad necessaria administranda. Præterea ut ut circumstantiarum multas referant ministrantes, non cuncta tamen, eaque confuse satis, referunt, alia à se minus cognita reticendo, aut, quasi minoris momenti, negligendo & forsitan talia quoque, quæ ad judicium formandum ac facilitandum requiruntur, omittendo: v. g. narrant, infirmum laborare russi, obliiscuntur doloris lateris punctorii & difficultatis spirandi, meminerunt vomitus vehementioris, non doloris lumborum, qualia nihilominus symptomata omissa, recensisit combinata Medico ad pleuritidis & nephritidis diagnostin, prognosin ac therapiam determinandam maxime faciunt. Quiibus denique accedit, quod quamvis hic cuncta circa affectus medelam accurate satis disponat, assistentes tamen multa

multa horum pariter negligant, aut minus rite tempestiveque applicent, sique illam enormissime turbent: qualibus erroribus commissionis æque ac omissionis præsentia medici subinde medetur.

§. 48. Ex quibus similibusque satis elucescit, quantum negotii & laboris faciat, quam perito & industrio etiam, Medico haud visere ægrum: ipsemque expertus testor, me sapientius unico momento penes illum agendorum plus observas, quam multæ prolixiores ministrorum ministrarumve relationes me docere poterant. Et, innuentibus hinc inde Hippocrate ac Celsus, vix ullus forsan morbus datur, in quo cum ægro ipso conferre eundemque interrogare necessarium haud fuerit. Quod nihilominus ad singula morborum genera extendi haud valet, cum haud quis Medicus, nisi qui à Magistratu ad hoc mercede constitutus, peste infectos visitare teneatur, notante Carrario de medicis illius officio part. 2. n. 91. & part. 3. n. 50. Quamvis nec illam quorundam approbem teneritudinem, qui (meticulosiores justo) sub conscientia tegmine peste affectos adire nolunt, aliosque, ne adeant, prohibent, v. g. Medicis pestilentiales: quasi scilicet solis his peste decumbentes visitare conveniat, hinc alienum munus aggrediatur, constitutis publicis renitur, Deumque tentet, qui, haud specialiter ad hoc vocatus, pestilentia mederi audeat, ut ex Döringio de peste sect. 4. membr. 1. partic. 3. Ludwig von Hornigk im Würg. Engel quæst. 266. sibi persuadent; sub hac tamen limitatione, ne quis Medicorum postulatus, si Pestentialis non præsto fuerit, visitationem peste laborantis detrectet. Quin potius mihi persuadeam cunctos, eos, qui ex pia charitate, experiundi observandive cupidine hoc negotium aggrediuntur, quosque meticuloitas nimia haud deterret, si vocentur, bene & laudabiliter agere, si nec peste correptis operam suam denegent, sequanturque Prædecessores pios non minus, ac peritos multos, v. g. Donzelium in Peste Veneta, Th. Zvin-

E 2 gerum

gerum in Basiliensi , Joach. Camerarium in Norimbergensi ,  
Diemenbroccium in Noviomageni , Sylvium & Barbettum in  
Amstelodamensi atque Leideni , Hodgesium ac Thomsonium  
in Londonensi &c. Quippe Christianum magisque humanum  
forsitan videtur , amicos illos , qui valetudinem suam olim fidei  
nostrae commiserant , sub ingruentia mali atrocioris haud omni-  
modo deserere : & animadversione dignos judicat *Thomson*  
*epilogism. chym. 54.* qui mitiores morbos sporadicos salarii vel  
sostri gratia curare non omittunt , ingruente autem peste , ca-  
lamitate epidemica savissima , mox suis se subtrahant ; castigan-  
dos æque , ac milites stipendiarios , qui tempore pacis seu nul-  
lo apparente hoste , otiosi vivere & genio indulgere gestiunt ,  
insiliente vero eo , ubi resistentia maxime opus , longius fugi-  
unt & arma projiciunt.

§. 49. Accedit , quod nullus Medicorum , nisi qui ægris  
eiusmodi adstitit ac præfuit , de Pestis natura , phænomenis ,  
causis , medela &c. recte sentire & scribere queat . Fides , inquit  
idem *Thomson* *epilog. 94.* tantilla adhibenda est Rhetoricianti  
vel scribenti de Pestis , qui numquam ferociam ejus in diversis cor-  
poribus crebro intuitus fuerit . Isle namque theoreticus Medicus  
assimiletur Geographo , precepta de navigandi arte speculativa  
tradenti , Neptunum furentem , ventis agitatum , naufragium mi-  
nitantem ne prorsus quidem experto : novit fortasse problemati-  
ce disputare de hoc themate juxta alionum placita descripto , ut cum  
que veneni pestiferi naturam scientifice ac sapidissime plane igno-  
rat . Quale quid sane à solis Medicis conductitiis pestifentali-  
bus , quorum multos rudes & indoctos ex inopia ut plurimum  
arduum hoc munus adire , *Palmarius* in *epistol. tractatu de fe-  
bre pestil. prefixa* ad Senatum Parisensem conquestus erat , con-  
queruntur alii , v. g. *Doringius l. a. partic. 2.* tessatur pariter quo-  
tidiana experientia , expectari haud valet , ad observandum non  
minus ac ad digerendum ineptis : nisi alii peritiores & in ju-  
dicando circumspectiores admitterentur , qualium consilium

com-

commune *Job. Schröderus de peste* exposcit, nimirum ut multi eruditiores ac experti Medici de observatis in peste conferant, quo natura & medela hujus luis promptius ac felicius exploretur.

§. 50. Nec argumenta, à *Doringio & Hornigf* producta, tanti acuminis sunt, ut omnem cæteris, præter Pestilentiales, Medicis occasionem pesti medendi præcidant. Quatenus munus non alienum, i.e. hujus vel illius, sed sibi cum aliis concreditum atque commune, aggreditur quivis, qui medendi arti se squaliter studia mancipavit, dum pesti mederi studet: adeoque & hic potentia atque misericordia divinæ suas committere potest vias, utpote haud frivole, sed charitatis instinctu, tritas. Quam hinc metuunt, luis pestiferæ hujusq; contagii ampliatio, seu à medico infectos visitante ad cæteros per totum oppidum disseminatio parum valet: cum experientia doceat, non, nisi ab actu infectis, seminium hoc facile propagari; quales sane medicos per urbem obambulantes & pancratice viventes asserere haud possumus. Svakor tamen sum, ut prudenter & cum discretione hic agat quivis, ne, quos non afficit miasmate virulento, afficiat terror, concitatus à visitatione Medici, quem peste quoque langventibus præesse intelligit ejusdem virulentia expers. Quod præstabit, peste infectorum visitationes occultando, aut de his eorumque symptomatis ac phœnomenis penes alios parum aut nihil differendo, præservativa remedia haud semper manibus & ore volutando &c. ut alias cautelas mittam, quibus contra contagii virulenti insulatum ipsem et Medicus ejusmodi se muniat, utpote de quibus agere non videtur hujus loci.

§. 51. Quod si proin visitatio ægrorum adeo necessaria est, frequentior sine dubio, advertente *Hippocrate*, plus utilitatis præstabit, à *Galeno* per hoc approbata, dum penes infirmos se aliquando pernoctasse perhibet: sinempe necessitas hoc urgeat, aut aliquid peculiare attendere oporteat, quod

morbi medelam maxime moderatur. Id est, si gravitas affectus  
hoc urgeat, non quotidie tantum semel, in morbis præprimis  
acutis, sed bis quoque, imo frequentius, invisendus est æger,  
partim commodioris sciscitationis, partim medelæ felicioris,  
gratia: quatenus intra paucas non raro horas nova se produnt  
corum phœnomena, corpora varios patiuntur motus, hincque  
indicantia brevi sæpe variant. Ac annotante Botallo de Med. &  
ejus munere §. 32. fieri potest, ut, dum in meliore statu æger est,  
eum tunc invisas, vel duri ille gravius urgetur, vel ubi medium sta-  
tum degit: horum hercule nullum seorsum, quid agendum speran-  
dumve sit, indicat. Incertum igitur & presagium, incerta simul  
& praesidia. Eo ipso quippe, dum, juxta Hippocr. de Med. t. 11. &  
præcept. t. 1. & 3. temporum & occasionum ratio maxime est ha-  
benda, ac oportunitas faciendorum atque non faciendorum  
magni momenti est, fugacitas occasionis non segnem seu otio-  
sum, sed vigilantem & industrium, in visendis infirmis postulat  
Clinicum.

§. 52. Quamvis ipse metet Galenus in Hipp. 6. epid. comm.  
4. t. 9. nec hoc in passu unum eundemque cunctorum ægrotan-  
tiuum olim jamdum observarit genium, alios nempe horum à  
sæpius visentibus medicis molestia affici, alios contra crebrius  
invisos latari: id est, sunt eorum quidam, qui Medicum cre-  
brius accedere desiderant, quidam, qui rarius hoc expertunt.  
Quorum posterioribus, scribente Botallo l.a. frequentior Medici  
accessus, ubi exiguus morbus premit, vel Medicibujus imperitiam  
arguit, vel extorquendi oris cupiditatem: parcor vero in morbis  
magnis pluraindicat, quam frequentia ipsa, nimirum vel avari-  
tiam, vel magnitudinis morbi notitia defectum, vel signitatem.  
Peculiarem sibi malitiam, i. e. alterum Medicum insidiose sup-  
plantandi libidinem, in concurrentiis sovet, qui non cum so-  
cio tantum statis horis, sed intercalaribus quoque & illo clam  
ægrotantem, minus vocatus visitat, communī consilio præscri-  
pta clanculum corrigit ac disvadet, alia sibi arcana illis substitu-  
it,

it, & quæ alia levitatum atque nūgarum genera sunt? hac officiositate ab blandiente socii odium, infirmi & adstantium vilipendium, rarius, quem meditantur, scopum, neque hunc sine virorum bonorum ac prudentum vituperio ac indignatione, sibi comparans. Accessum itaque moderetur Medicus secundum affectu indolem, ægrotantis genium ac voluntatem ac reliquarum circumstantiarum exigentiam: dum infirmorum aliis crebrior, aliis rarior, metum incutit & morbi periculum intendere videtur, uterque eosdem ad desperationem aliquando adigit.

§. 53. Neque tamen, quod imperitiores ut plurimum agere observamus, quotiescumque æger visitatur, toties novum fadendum ac præscribendum est remedium; errant etiam in hoc aliquando ipsimet ægroti: cum Medico, perhibente *Botallo* l.a. putantes, *nisi quis ad se introgressus vel cataplasma apposuerit, vel perfuderit, vel aduferit, vel clysterium indiderit, vel venam inciderit, vel cucarbitulas adjunxerit, vel confriuerit, vel nutrierit, aut hujusmodi aliud factitarit, nihil ab ipso gestum esse artificiosum.* Tanta saepe in cubiculis ægrotantium medicamentorum una die præscriptorum visitur farrago, cui administranda ne quidem nycthemeri horæ sufficerent, industria nihilominus singularem ea comprobare satagit Medicus, approbat illani miser. Et tales Medici, quotiescumque ægros adeunt, toties peccant, ac dum officiosi videri gestiunt, maxime nocent. Quatenus visitationum frequentia non tam totidem præsidiorum semper novorum præscriptioni, quam indagini accuratori, morbi nimirum, causæ hujus & phœnomenorum ac errorum ab ægro & adstantibus commissorum, ministratur: licet eo ipso, dum morbi acuti subitaneas non raro experiuntur mutationes, harum quoque intuitu crebrior visitatio proficit; quo sc. consilio pristino, si opus fuerit, mutato, illis mox oportuno remedio occurgere detur.

§. 54. Frequentationibus his ut commodius & cum mājore

jore miserorum fructu litare queat Medicus, non adeo multos horum curandos simul suscipiat, eosque superfuntorie & currendo tantum visitet, seu festinando illorum visitationes expediat: cum, juxta *Celsum* 3.c.4. fere periculosa sit nimia festinatio, & ab uno Medico non multi possint curari: ne audire cogatur, non observasti, occidisti. Multum quippe differunt *currere & curare*, adeo quidem, ut, notante *Bernier* l.a. qui prescribit ex equo, prescribat pro equo, non ex equo. Numerum hunc denario determinat *Zacutus Luf.* intr. ad prax. precept. 21. qualem tamen haud perpetuum judico, sed augendum pariter ac imminendum, pro varia locorum seu civitatum amplitudine, agrotum conditione, morborum gravitate ac levitate, Medici vigore, & quæ similes sunt circumstantiæ, pauciorum aut plurium ægrotantium medelam svadentes ac disvadentes.

§. 55. Denique nec hujus loci prætermittenda, quam R. à Castro 3. cap. 6. Practico tyroni præscribit, regula, reconvalescentem nimirum ultra diem vigesimum haud visitandum esse, ne ille argenti cupidior videatur: nisi medici visitationem reconvalscens quoque expetat; vixque prudentem ac gravem Medicum decere, ut dimissionem expectet. Valedicturus E. hic, nunquid suam præsentiam adhuc desideret ille, expiscetur, ne negligentior ac minus officiosus videatur: imo hujus causa dimissus quoque post unum alterumve diem semel velbis illum aliquando audeat, firmitatem reconvalscientiæ ejus indagaturus.

S. D. G.

D1 A 6540



Sb.

VDR



arol  
Ana  
atq  
e cu  
i co  
min  
icar  
atrio  
simu  
is ad  
eris  
nec i  
e Oe  
æ pr  
ema  
fibi  
rente  
rind  
lecta  
c scu  
t. caj  
o æv  
ere e  
tima  
s, me  
ejusm  
ad  
n, qu  
dece  
art.  
condi  
is, m  
ac co



17°. 25

I. N. J.

DE

# MEDICI OFFICIO

## DISSERTATIO TERTIA,

Quam

P R Ä S I D E

### JOHANNE BOHNIO,

Philos. ac Medic. Doct. & Profess. Publ.

*Disquisitioni Philiatrorum exponet*

P E T R U S *Sanftleben/*  
Uratislav.

In Auditorio Majore,

D. 12. Novembris 1697.

---

LIPSIAE,  
Literis FLEISCHERIANIS.

